

Thom. Aquinas

VARIARVM

EX IVRE PONTI-
FICIO, REGIO, ET
CESAREO RESOLV-
TIONVM
LIBRI III.

DIDACO COVARRVVIAS
Leyua Toletano, sancti Dominici Archi-
episcopo Authore:

*Cum Indice rerum maximè notabilium, per ordinem
Alphabeticum locupletissimo.*

Post præfationem horum trium librorum Summa
capitum ordine reperies.



Sancti Salmant.

12

14521

lib. de xx

42914



LUGDVNI,
Apud Sebastianum Barptolomæi Honorati.

M. D. LVII.

86

Handwritten signature and scribbles at the bottom of the page.

AD ILLUSTRISSI-
MVM, AC REVERENDISSIMVM
D. Dominum Fernandum Ninno, Indiarum,
nouiq; Orbis Patriarcham, Episcopum Segun-
tinum, Caroli Cæsaris, Hispaniarum Regis
summo Præfectum Prætorio, Didaci Couarru-
uias à Leyua Toletani, in Granatensi Curia, Re-
gióque Auditorio Senatotis, in tres variarum
ex iure Pontificio, Regio, & Cæsareo & Reso-
lutionum libros.

P R A E F A T I O.



*N*ON me latet Præsul amplissime,
illustrissime Princeps, hanc prouin-
ciam, quam iam semel, & iterum
editis opusculis quibusdam in pu-
blicumque diuulgatis Salmantice
adsumpsi, & nunc tertium subire
constitui, difficilissimam esse omnium, quæ viris disci-
plinarum studiosis nominis adquirendi causa vnquam
contingere possunt. Quid enim obsecro difficilius, quàm
variis tot lectorum iudiciis, vel minima ex parte satis-
facere? quibusdam etenim operis ordo eiusque distribu-
tio nequaquam forsitan arridebit: aliis displicebit stylus
parum inquam politus nec dignus quidem, vt opus ita
oscitanter elaboratum legatur ab his, qui Latine lin-
gua castitatem, exactamque eloquentiam ex veterum
iurisconsultorum responsis, & quibusdam in ea eloquen-
tissimorum virorum commentariis, assidua lectione
suere adsequuti. Quidam longiorem controuersiarum
disputationem requirent, breuem earundem definitio-

V A R I A R V M E X
I V R E P O N T I F I C I O ,
R E G I O , E T C A S A R E O
R e s o l u t i o n u m

L I B E R P R I M V S ,

A V T H O R E D I D A C O
C o u a r r u n i a s à L e y u a
T o l e t a n o .

*Qualiter iudex ex actis ius dicere debeat, aduersus
ea, quae priuatim cognouerit.*

S V M M A R I V M .

- 1 Age re contra propriae conscientiae dictamen peccatum est.
- 2 Mendacium in re leui regulariter veniale crimen, an in iudicio mortale sit & quid de perjurio.
- 3 Iudex secundum quosdam poterit sententiam dicere iuxta propriam conscientiam aduersus allegata & probata.
- 4 Rursus non debet iudex, nec tenetur sententiam dicere ex his, quae priuatim cognouerit: sed ex his, quae, ut iudex ex processu perceperit.
- 5 Iudex non potest sententiam ferre ex instrumento in iudicio non producto.
- 6 Perpenditur litera text. in c. iudicet. iij. q. vij.
- 7 Iudex poterit non adhibere fidem testibus, aut instrumentis, ex his, quae in iudicio contigerint, vel quae sibi, ut iudici nota fuerint.
- 8 An reus, actore non probante, sit absolvendus definitiue an ab obseruatione iudicij tantum, & quid hoc referat?
- 9 Iudex non potest ex confessione facta ei, ut priuato, non ut iudici, sententiam contra consentientem pronuntiare.
- 10 An etiam iudex ordinarius requisitus, ut alterius sententiam exequatur, possit executionem omittere ex eo, quod priuatim sciuerit sententiam iniquam esse?

C A P. I.



HIS, qui magistratus in republica gerunt, plerunque solet euenire, ut in maximo discrimine positi, grauiter dubitent, sequine debeant in iudiciis, actoris, reive probationes: easque inspecto processu ex iuris rigore ab omni vitio immunnes: contrarias tamen veritati, quam ipsi iudices priuatim certissimè cognouerint: atque eodem pacto debeantne ferre sen-

I N D E X.

Vsusfructus quando per alienationem consolidetur. pag. 152.
nume. 7

Vsusfructus quanto tempore præscribatur. pag. 315

Vxor probare debet arrhas sibi promissas, decimam bonorum
mariti partem non excedere. pag. 458. numero 7

Vxor quo pacto teneatur stare locationi rerum dotalium à
marito factæ, vel è contrario. pag. 597. nu. 5

F I N I S.

L V G D V N L

Iacobus Faure excudebat.

